

2815

C O D I C E S

2816

tum habeo, ut superiorem, ad quem revocat.

XIII. fol. 332. p. 2. Sequitur tractatus subtilis de peccatis in Spiritum sanctum. Initium: Omne peccatum et blasphemiam remittetur hominibus &c. Postquam dominus declaravit falsitatem iudeorum &c. Finis: et ad hoc concurrat specialiter ad dei gratiam Amen. Autorem non reperio.

XIV. fol. 339. Incipit tractatus Magistri Jordani Sacre theoloyce professionis de 65. articulis passionis domini nostri ihesu christi — qui distinguntur in septem partes principales secundum septem horas canonicas. Initium est: Inspice et fac secundum exemplar &c. Jordanus hic est de Saxonia five Quedlimburgo O. Erem. Aug. de quo ad Offingerum in Biblioth. August. p. 800. ubi asseritur Opus nostrum pertinere ad Postilla Jordani, de quibus egimus ad Cod. DCXCV. esseque editum separatim cum f. l. et a. 4. tum Argentinæ 1484. f. Itaque et Tritheimius jam illud ut opus peculiare adnumeravit. In Cod. praesenti Articulo 65. non ultra col. 2. progreditur.

DCCLXVIII.

³⁰⁴ Codex chartaceus lat. Sec. XV. expirantis. Folior. nunc 23. f. per duas columnas exaratus continet Augustini de Campellis de Leonissa Aprutini O. E. S. Aug. anno 1435. ad Episcopatum Bovensem promoti, sed eo-

dem anno Romae mortui Expositionem Orationis Dominicae, cui verifimiliter olim in Cod. adjuncta fuerit Salutationis Angelicae Expositio. Prooemium incipit: Augustinus de Leonissa in ordine heremitarum religiosorum minimus ex corporis inbecillitate a predicacionis officio penitus se retraxit dicens cum propheta Obmutui &c. Sermonis I. ex L. in quos Expositio dividitur, initium est: Pater noster. In hac vita nullum opus est honorabilius nullum levius et nullum utilius quam orare deum patrem &c. Deficit Codex in Serm. XXXVIII. his verbis: Secundum est carnis maceracio —. Extat vero teste Offingero in Bibl. Augustin. p. 188. utraque Expositio impressa Coloniae 1502. 8. Editionem hanc secundam esse oportet; quae enim mihi objacet, subscribitur: Coloniae apud Predicatores iam tercio diligentissima correctione Impressi (Sermones) Anno domini M. CCCCIII. die II. mensis Decembris 8.

DCCLXIX.

Codex chartaceus lat. Sec. ⁵¹² XV. Folior. 240. 4. a diversa manu compilatus exhibet Sequentia: I. Sermones XXVIII. de S. Augustino, quorum primus incipit: Vidi in medio septem candellabrorum aureorum similem filio hominis. Apocal. I. Quia sanctus Augustinus fuit eternaliter preuisus a sancta trinitate prebomifare lucem &c. Levis momenti. Ad oram inferio-